

  
SOL  
IN GEMINIS  
GEMINACHARITATE  
DEI ET PROXIMI  
INFULATUS  
DIVUS JOANNES  
NEPOMUCENUS

SACRO-SANCTÆ

METROPOLITANÆ PRAGENSIS BASILICÆ  
SANCTI VITI CANONICVS

Inclyti Regni Bohemiæ

THAVMATVRGVS PATRONVS

Neo Pragæ in Sacello Svo

VIGESIMA SECUNDA CURRENTIS

Artemisij

Pro Solenni consueto Panegyrico

Exhibitus,

à

Prænobili Domino

JOSEPHO ADALBERTO JOANNE NEPOMUCENO,

Termans de Ostrava, Patritio Pragensi, Judicij Decem-Vira-  
tûs Regiæ Neo-Urbis Pragensis Notario,

CUM LICENTIA SUPERIORUM,

HONORI  
ET  
VENERATIONI  
*Illustrissimi, & Excellentissimi*  
DOMINI DOMINI  
FRANCISCI  
JOSEPHI  
S. R. I. COMITIS  
DE

WALDTSTEIN,

Hæreditarij Domini in Kloster, Münchengratz,  
Zvviroticz, Zafatka, studenka, Sollortz, Inferiori Mallobra-  
tritz, Principis - ponte, Walletschovv, Hiersberga, Besdesio, Biela, Hin-  
nervvasser, Magno - Skall, Laucek, Civitate Turnoviensi super Ise-  
ram Bissicz, Comorno - Hradek, Svvygovva &c. &c.

Sac. Cæs. Regiæque Majestatis Intimi Actualis Consiliarij, Cam-  
merarij, Regij Locumtenentis, Judicij Provincialis Majoris Asses-  
soris, Supremi in inçlyto Bohemiæ Regno feudorum Judicis,  
nec non Inçlytæ Commissionis Rectificationis  
Assessoris.

DOMINI DOMINI  
MECOENATIS GRATIOSISSIMI.

ILLUSTRISIME  
ET  
EXCELLENTISIME  
DOMINE, DOMINE  
S. R. I. COMES.



*V*duatâ sagace omni Oratorum elenchô Pa-  
negyri, nè è meo obscuro, fugam Anti-  
machi, sternam athenæo, Artemisum in  
geminis SOLEM, nubilo obvelatum sua-  
dæ graphio, Tais, ILLUSTRISIME,  
ac EXCELLENTISIME Domine

Domine Comes, & Patrone Gratiofissime, Illustrissimis Ra-  
dijs solenni hac Abaze a deserto illustrandum. Non immerito:  
Nam dum Clarissimam Illustrissimæ Prosapie non præter-  
bito Gene sim, Avitarum, in sago, & toga, marte, & arte,  
Virtutum & scientiarum pedissequum, meridianem in Te uno  
comprehendo Apogæum. Profecto cui prisca victuræ chartæ  
monumenta innotuerunt, WALDTSTENIOS tantum no-  
minasse sufficiet, & unico, in Clypei Tui ornamenta, directo

oculi ictu, quid quid per istos heroes unquam præclare gestum  
 velut in amplissimo quodam amphitheatro conspiciendum se se  
 exhibet. Samsones ultra quaterno Leonum Hieroglyphico  
 moeniata, Illustrissimæ Prosapie Tuæ probat vires in Clypeo  
 Adorea, quæ fortior in Te tam frequentes Illustrissimarum  
 Virtutum pro casside acervat lares, quam copiosas foecunda-  
 rum in gargaris segetum numerabant aristas. Hinc meritò  
 Tegentilitia, Tua ad montes aureos prævolans Midæ omi-  
 ne incunabula, in Tam supremum Czechici Horizontis sidus  
 evexit Ales, ut Intimum Actualem Patrem Conscriptum,  
 Provincialis Judicij Majoris Assessorem, & Supremum  
 Czechicæ Themidis Feudalis Judicem hodie dum cernat, &  
 revereatur Arcopagus. Adeò inquam Alite hac evectus, em-  
 pyrio Briarea Virtutis Magnanimitate es citimus, ut SOL  
 cbaritate Gemina infulatus, quem hæc pagella Tibi humilli-  
 mè defero, Te suæ sanctitatis Radijs contingat, protegat, &  
 tueatur. Dignare proinde non decimas, Te Hercule! sed has  
 ad Illustrissimam Gratiarum Tuarum SRLVAM festinantes, in  
 humillimam clientellaris affectûs tesseram oblatas, suscipere  
 primas, unaque demissimè prostratum in Excellentissimam  
 Protectionem assumere, & fovere

ILLUSTRISSIMI ac EXCELLENTISSIMI DOMINI DOMINI  
 & Patroni Gratosissimi

Clientum infimum  
 Josephum Adalbertum Joannem  
 Terman de Ostrava



## PANEGYRICUS.



Uti Eoos Hyperione natus Latior  
 agitat alipedes, & quadrijugo elatus  
 curru, bis sena annuali spatio mode-  
 ratur signa Titan, hic depositâ, in-  
 signi (*Fabulante Poëst*) sideri ob in-  
 columem Europæ transvectionem  
 in Cælum translato Tauro (a) con-  
 sistentiâ, Charitativum geminæ Tyndari & Ledæ sobolis  
 (b) hesterno gradu conscendit Zodiacum, mihi inde  
 Commodissimum hodierno in apertum pro rostris per-  
 oranti dimissurus argumentum, Quod dum capeffo, nè  
 Chemnis videar conscendisse pyramidem humilis Ora-  
 tor, evibratos in Polum ab Empyreo Zodiaci Solio  
 deslecto in hortum oculos, & amplissimum spectaculo  
 paratum attonitus cerno Auditorium. Quid vos hic  
 AA. OO? An Majalium venustatum series vos impellit,  
 aut aurea cum Hercule ab Eurysteo missos delibare poma,

(a) Cic. lib.  
 de Nativ.  
 Deorum.  
 (b) Quid,  
 in Epist.

aut suburbana hesperidum vernante Chloride peragra-  
 re vireta, aut denique venustum florum, qui ad solem  
 exsiccati teste Herodoto (c) Ægyptijs, Trajanisque  
 Cælio Augusto (d) apud Horatium Oratoribus fuere  
 comesta admirari multicolorem? Qua hoc spatioſo  
 hortò delectarer varietate, n̄ metuerem, nè elinquis  
 dictio quemadmodum flos confestim decidat, cum Li-  
 lio convallio deflorescat, deflorescendo evanescat.  
 Sed quid existis videre? An *Hominem optimum Piscem* (e)  
 Arcanò JOANNIS silentiò in præſenti præponendum,  
 an Piscatorem? aſt humilis Patientia veſtra piſcatura neu-  
 trum: Piſcatorem quondam doctiſſimus jam Panegyri-  
 cè infulavit Encomiaſtes; Piſcem quidem cum Authore  
 operis imperfecti ſpectaretis, niſi prætimendum; nè  
 expiſcando verborum curioſitatem, exiguum Piſci in  
 arido eloquentiæ meæ fonte pateret nutrimentum.  
 Quid igitur existis videre A A. H H.? An amica auſtrino  
 cadamidiante Zephyro innubilæ ſerenitatis temperies,  
 innumera Olympi ſcrutandi ſecreta, numerandi cum  
 Abraham ſtellas, contemplandi nubilas firmiori Ma-  
 theſeos demonſtratione mergentis Phoebi Eclypſes,  
 ſpeculandi JOANNEAM Clariffimis contextam ſtellis  
 Plejadem, aut ex Cæleſti Claritatis & Charitatis indicio  
 compræhendendi ſanctitatis meridiem, animum tantis  
 per titilavit libido? Vix non perſvaſum æſtimo hunc  
 in finem veſtros in hortum animos evocatos, Etenim  
 nullâ licet apocriſi ſecretam animi evolvatis inclinatio-  
 nem,

(c) Herod.  
 lib. 5. cap. 5.  
 (d) Cæl.  
 Aug. Lic.  
 Hieracip.  
 3. Reg. 7.

(e) Hug.  
 Eterita.

nem, capto tamen congreſſu! Capiò inquam vos in parem  
 ſciſcitato cum Anaxagora (f) conſpirâſſe ſententiam,  
 mirabilis enim Proto-Parentum Metaplaſtes

*Cum ſpectent cætera terram  
 Os Homini ſublime dedit, Cælumque tueri  
 Juſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.* (g)

(f) *Quis  
 interrogatus  
 cur natum  
 ſe eſſe pu-  
 teret? R. Cæli  
 videndi  
 cauſa.*  
 (g) *Ovid.*

AT tollite igitur vultus, & directo gemino oculo-  
 rum in ſidera jubare, gemina clariffimum charitate,  
 quem hodiernò panegyricò exhibiturus ſum metaplaſ-  
 mò, intuebimini Solem. Tu interim, in cujus dila-  
 tandum virtutum encomium plenum applicabo Sermo-  
 nem, Splendidiffime, irradiante ab axe egrediens ver-  
 tice, Apollo D. JOANNES NEPOMUCENE, attrahe  
 has, tuarum à me laudum delatas atomos! & exorien-  
 tibus tuæ ſanctitatis Radijs obſcuræ ſvadæ illuminabun-  
 tur caligines; te aproximante! liqueſcent gelata frigidi  
 oratoris labra, & inextinguibili geminæ charitatis æſtu  
 ſuccenturiatæ, ut Memnonis coloffi, aridæ eloquentiæ  
 ſolventur ſcaturigines. Huc huc! amœno, univerſum  
 circumvolantem Orbem Ortûs & Occaſus nuntiam,  
 Zephyrò appelle famam, quæ Te ſilente ſaltem imbe-  
 cilli oratori dictioſis præbeat argumentum; Pro quo  
 dum D. JOANNEM NEPOMUCENUM charita-  
 te gemina infulatum contemplaturus ſum Phoebum,  
 non præſagò Astrologorum portentò efficiam Cælum  
 in terra ambulare, nec vigilantem Aſtronomorum arte  
 ſtellarum Meandros errantium, ac anfractuofos ut Eudo-

ius gyros delineabo, nec cum gigantibus montes trans-  
portando montibus imponam, tum nè, dum non so-  
lum mentis, sed & pedum discursu Cæli cursum asse-  
qui laboro, cum Thalete in foveam delabar, tum, nè  
ben eficiò tubi optici retium instar in piscationem Cæli  
deservientis, in convitium Bionis incidam, tum deni-  
que nè, dum pusillò circinò imensam Empyreï vastitatem  
demetiri studerem, probrosum famæ dispendium apud

(b) L. 4. cap. 26.

Marsilium Eicinum (h) incurram, dicentem: *quantum  
Astronomi metiuntur tantum Astrologi mentiuntur.* Ast Titania  
velut Aquilis, quæ tamen non luminibus carnis, sed  
mentis inspiciant, præponam Astra. Vos verò AA. OO.  
*Vigilate* mecum, diuturnum ab oculis discutite soporem,  
ut nec Gethsemanicò, fors ob languida oratoris dicte-  
ria obrutis, præmeditatum ante Ortum invitis transeat  
diluculum, *Vigilate!* (i) & humilem de sublimi Objecto  
neotericam propositionem, *non enim Atlas sum qui Cælos  
humeris sustineam,* (k) Benevolâ patientiâ sublevando,  
serâmque de Arcano JOANNIS silentio referanti,  
clavim patientis benevolentia suppeditate.

(i) Pet. 5.

(k) Arist. in lib. 2. Cali.

**P**ostquam Omnipotens Dextera eam, quam hodie-  
dum miramur orbis universi Urbem creâsset, posuerat  
terræ Cælique Conditor à principio luminaria in firma-  
mento Cæli, *ut essent in Signa, & tempora, & dies, & An-*  
*nos, luminare Majus ut præfesset dies, luminare minus ut præfesset*  
*noctis,* (l) quibus dierum & temporum Diaphragma  
dime tiremur, Sic eum à Scythico ultra sauromatas

(l) Gen. 1. v. 14. & 16.

metanorum populo, superstitioso quodam cultu, An-  
ni defactò metiantur lunares, & ad lunaticas periodos  
sua peragantur solemnia; lunares idcirco non dinume-  
rat dies Christiana Respublica, & quia *luna sub pedibus  
ejus,* (m) Lunaticos reprimens influxus, festivo jubi-  
solemnique fidelium Ritu, Sacra diem hodie Solis ce-  
lebrat Romana Ecclesia, quò *Sol intelligentia ortus est* (n) (n) Sap. 3

(m) Apo. 12. v. 1.

(n) Sap. 3. v. 6.

**JOANNES NEPOMUCENUS.** Quis obsecro tam in-  
amoeni animi, ut ab hoc Diei splendore alienari velit  
Diluculum, quod innube spectare possit serenitatis fe-  
cutoræ indicium? En! ecce gloriosò Solis mei Geneth-  
liæ diluculò, *Serenissima quadam flamma Cælò visa descendere  
amabili, & innocenti Luce, gratissimo Civitati spectaculo totam  
domum, in qua JOANNES nascebatur circumfuderunt.* (o) (o) Balb.

(o) Balb. in Vita lib.

4. Histor. Decad. 1. §.

59. cap. 1.

(p) Psalm. 112. v. 3.

Nondum prima egressus incunabula in Cælum evoca-  
batur. O! mirum præsagium, serenissimæ illæ pro-  
solis Præcursatrice Auroræ flammulæ, *ab ortu Solis usque ad  
occasum* (p) Comites, Geminae Dei & proximi charitatis  
lumen vaticinantur inextinguibile. *Generari & nasci à  
Nobilioribus, & in purpureis deponi fortuitum est, & casuale.*  
Sola virtus bonum proprium hominis, (q) quæ totius pueritiæ (q) Tacit.

(q) Tacit. lib. 4. Hist.

Por.

B

ma-

maturâ erga Deum exarsit charitatē, ut consuetam Nunciæ Solis prærogativam præripiens, ante Auroram ex Oppido Nepomuk ad Mellissuum Cœnobium grade- retur, (r) omnibus ex ordine, quot quot consecra- rent, Myrtis ad Aram serviturus; Tantâ, tamque per- tinaci sicut Sol resurgens, effulsit in templo DEI pietate, (s) ut tam ceu Domesticus inter Altaria sacrificiorum ad- minister, Divinam, quorundam didascalus, amplificâ- rit gymnadem, quàm se, suamque Deo, & per quam vitâ sterili Parentum thoro donatus, Mariæ dedicârit Innocentiam, O! Præclarum servandæ virginitatis pro- totypon. *Si hoc fit in viridi, quid fiet in arido?* (t) dum cum Joanne assurgit ætas, cum ætate Robur, cum Robore animus, cum animo denique virtus; Enimverò juve- nilibus annis facili evadunt negotio teneræ probitatis Discipuli, qui in postrema decrepitæ senectutis canitiæ ejusdem provecti futuri sunt Magistri.

Verùm enim verò *nihil Natura voluit Magnum effici citò.* (u) Magnitudo temporis filia pederentim, & lentè sua urget incrementa. Nec tam subitò in altis Sol coru- scat, priùsquàm à perigæo gradatim conscendat apo- gæum. Vna Theandrici Numinis prærogativa: tempo- re non crevisse. Crescit ulterius tempore Meus AA. HH. sol, crescit illicò in æstu charitatis, dum pubescen- tes sanctitatis radios virtute maturat, & tenera puber- tate magna pauperum præludia struens Eleemosynarij,

(r) Balb. Locò ante citatò.

(s) Eceles. 50. v. 7.

(t) Luc. 23. v. 31.

(u) Quin- zil. lib. 10. Ins. cap. 3.

(vv) L. 2. Cod. de in-

*voluntatem amicam misericordia esse debere* (vv) animò fi- xum

xum tenet, ac ut crescendi in charitate copiam, tyro-<sup>fant Expo</sup> cinandi in virtute metat uberiorem, integram in suam<sup>str.</sup> Cervicem Palæstræ Zatecensis exhaustit minervam, ut non facile edixerim: an è cerebro Jovis natus Apollo, num potius ab increata sapientia infusus, ceu Calliope musarum, Proto-Parentis scientias vendicaverit. Ob- stupuit eruditum Partum natura, cum in tenero Joan- nis ingenio adulta athenæ subsellium admirarentur; tali enim maturæ ætatis absentiam suâ suppleve- rat præsentia, ut si spectando corpori subtraxisses ocu- los, ex ingenuitate animi ipsam tenella larvatam facie præ- sentem maturitatem credidisses. Prætulit Musis ingenij facem, quâ si fama nondum in eo scientiæ Solem suspexis- set, lumen negare non posset. Et sanè; ut peripateticas illustraret Caligines, Cynicæ illufurus Arti, Pragam con- tendit, & in fundata inibi pauca antè tempora (x) à Ca- rolo IV. Universitate, Doctorali, primum Philosophiæ (x) *Nempe Anno 1348 Weleslar. ad 8. Idus Aprilis.* inter primos, (y) tum Theologiæ, ac Sacrorum Canonum (y) *Acta Dec. Phil. Facultat. Carolina Univ. f. M. s. Archi- vum Caro- linae.* Thronus sapientia (z) cingebatur paludamentò; ingenio tam sublimis, ac Sapientiâ, ut gigantum partum crede- rem, si animus æquè ac corpus gigneretur.

Sol festinavit iter (a) Progreditur jam Auditores Æsti- matissimi lucidissimus in geminis ad meridiem Phoe- bus; & ut ferventiori charitatis meridietur æstu, altio- ra meditatur. Perspexerat Mundum inhumanum, cir- cen, sequaces se, non secus ac socios Ulyssis, in feras (z) *Arif. Lib. 6. Esbir. ge. 13.* transfigurantem; quare saniora Cyrenæis Regij Dio-

genis canis Aristippi secutoribus capessens consilia Joannes, secutus est Dominum vocantem; Anne cum Moyse ad nubilum Synai cacumen? Anne cum Elia ad montem Horeb? Anne cum Baptista ad interiorum Palæstinae solitudinem? Anne cum illo Christi Beniamino ad Pathmos? Anne cum Petro subductis in terram navibus, ad Retia Domini compulsus, ab increata ad claves evocabatur sapientia? parum erraverim! Joanni traditionibus Apostolicis non tantum claves, sed & arcana silentij seræ transferuntur. *Contingant licet multis Officia non testimoniis honorum aduam, sed munerum profusione,* (b) Canonum tamen Doctor, semper fideli Capituli scrinio, Canonicè Metropolitanæ D. Viti Ecclesiæ Canonicus eligitur, Bicipitique Geminae Sol charitatis Tiarrâ infulatur. *Digniori Dignior Locus debetur!* (c) Renuit, nè ab Astris charitatis abstrahatur Appollo, Castor futurus Deo Castissimus, futurus Pollux pollens pro populo, semper geminus. Non est profectò quod miremur solis mei oculum in amore Ducem, cujus obtutu unico cor gelidum in Æthnam amoris ita succendit, ut non modò hi, quos olim in Teyn unicâ attigit oculi scintillâ, sed & ipse Rex cum universa Aula eo pro Rostris Divini Dogmatis Pracone docente, & ducente, in odorem svavitatis traherentur, Bellissimè igitur Vates Mantuanus oculos probat ignivomos; nam ignes, quos cor parturit, evomit oculus in amatum. Obsistat licet Epidocli, & Timæo Peripatus, negèque oculum humanum igneæ naturæ; Peripatum corrigit Theandri Pupil-

b) Can. lacuit 22. q. 1.

c) cap. 19. de s. 63.

lâ Joannes palàm edocens: oculum Theandricum, quò corda Piscatorum ad prunas refrigerentium succendebantur, atque ita in sequelam Christi virtute magnetica trahebantur, abijisse in flammam, ad illustrandas cæcipientium in umbra mortis caligines. Abierunt pariter in flammam amoris, qui lumine Solis in Cathedra innubi prorumpentis illustrati, Charitatis Zelò incendebantur. Næspiam in tam amplam semen Divinum propullulasset messem, ni in faxea gleba Agri Domini culturam ardoribus maturasset. Quis amabò neget JOANNEM Solem igne Charitatis Dei inflammatum? qui Vultu, Oculis, Ore, Se denique Toto Lumen spirabat. Et sanè; Amor Dei Solis mei Charitate Dei Infulati flamma est! in Sole flamma est sine fumo, in JOANNE amor sine vitio, cui soli toties fabricavit Sarcophagum, quoties in Sanctissimam se totum quantum resignabat Crucifixi voluntatem. Radium paralebat in Deum, recepit Archistrategam amoris, ut lucem reflectat in Amantem, sic Amans & Amatus lucem reciprocabant.

A sublimiori gloriosa Solis charitate Dei infulati metamorphosi, facili, ut filò Ariadnae, ad Solem charitate Proximi infulatum transcendendo methodò Divum JOANNEM NEPOMUCENUM, qui enim diligit Deum, (d) Jo. 4. diligit & proximum. (d) Spectate jam A. A. O. O. qualem (e) Jo. 1. charitatem dedit nobis Pater Cælestis (e) in JOANNE, in quo ut ardentius adificet & charitas fuit Proximi. (f) Plau. (f) Bern. de serm. 6.

de iterum Castrum Pragenſe ! Tuo tibi Horizonte in Sole Aſtrum irradiat geminum, novus tibi ſuboritur Belliger amoris, non modò affabilitate ſolari cunctis gratus, quàm nominis Etymologò gratioſus. Vix munificentiffimi conſcendit gradum Eleemoſynarij, jam ad primum ſuæ Reſidentiae veſtibulum unam foribus Praefecit Janitricem indormire nesciam charitatem, quæ liberali licentia ad implorantium opem oſtium ocyus reſerabat, nec ullas largæ indulgentiae ponebat metas, nec quievit, donec innumeras hominum catervas muniſicâ cunctis dexterâ tali ditâſſet liberalitate, quâ Joannea monetâ obumbrata inclaruerat crumena, Jrorum verò aureis clariffimæ aliàs petæ umbris replebantur.

(g) l. 2. ff. ad L. Rbo-  
diam de ja-  
Etu.  
(b) I. Co-  
rinth. 13.

Noverat quidem juris Sacerdos *in neceſſitate extrema omnia non tam communia, quàm communicanda*, (g) reliquerat tamen Solis natura omnibus omnia communia, quæ pro deſertis habita, primo cedebant imploranti. O! *mira charitas, non quarit quæ ſua ſunt*, (b) ſed ſuorum.

Vt Sol in Orbem æqualiter ſuam quaquà verſum luminis vim diffundendo ageret, ab eodem centro omnes lineas emiſſas æquales paralelat. JOANNES ut cunctos Solis Juſtitiae veſtigaret curſus, humori cuilibet ſcitè, aptèque novit influere converſando; Cuique quod ſuum erat dedit: dicavit animum Deo, homini operam, in quo uno à Juſto reſſiſſe videri potuiſſet, niſi ſuus eſſe deſiſſet. Donare maluit quàm ſpoliare, nocuit nemini, profuit omnibus, unò non contentus, al te-

alterum alteri conjunxit ſemper geminus, Alis ſua vel lera tulit, ſibi nihil. Aſt quid ad hæc AA. OO? Annè hæc amphibologica oratoris periphraſis veſtram ſubtiliffimam perturbat mentem, ità ut eo hallucinante in medio labyrinthi Theſeo, in opinione Solem empyream Zodiaci rotam percurriffe, & jam jam in ſigno cæleſti Arietis ſubſtitiffe credaris? Verùm, eſſi hoc veſtræ ſubbeſſe opinioni mihi perſuaſum viderer, cum tamen opinio pugnet cum veritate, *Plus eſt quod in veritate eſt, quàm quod in opinione* (i) vagatur. Graditur hucusque ſereniſſimus meus in geminis Apollo, graditur! & noſcens intricatos zodiaci characteres Cæliconſultus, conſtantiffimum in gemina charitate fixus celebrat Solſtitium: Neque hoc prodigium obſtupescat natura; in æſtu ferventiſſimo amoris ſubſiſtit in geminis, nè quando cancrino in fervore charitatis graderetur paſſu, à geminis magis regrederetur. Quapropter ut ut Ei altiorem dignitatum gradus panduntur obvij, quorum altiſſimos quòſque attingere quidem dignandus, plurimam tamen, nè geminas negligeret charitates, oblatiſ deviat honoribus, de charitate in charitatem, *de claritate in claritatem transformatur*. (k) Quanta etenim volantis animi velocitate, ut ſquallidam conſcientiae aut curaret ſaniem, aut mercaretur ſalutem, properat, ſcilicet una ſuis alta peniſ charitas, ubi ſuam deſiderari videt præſentiam cum Phalarica volat in ſcopum, cum a pluſti natat in portum, cum Silice ruit in centrum, cum imbre cadit in terram, cum flamma ſalit in auram, tardari nescia, morari

(i) §. 11.  
Inſt. de Legatis.

(k) Corinth. 3. v. 13.



rari non assveta; Tam diu inquam inquieta obambu-  
lârat humiliora inter subsellia gemina charitas, donec  
tandem ad altiora Regali luxu splendentia Tribunalia  
evecta, exulari Regi non grata cingulo, pramaturum

(l) Balb. Soli procurâisset occasum. Et verum, Cum nullum ex  
Hist. L. 4. rebus humanis solatium amplius caperet, neque per mariti suspi-  
Decad. 1. §. ciosos oculos capere posset, crudelitatem maximè Wenceslai perbor-

59. o. 3. rescens (l) Augusta, à cancellis Imperatoriæ Dignitatis  
spreta, cælestis Tribunal Majestatis crebro frequenta-  
bat, utque fortiori unionis Christi fœdere muniretur,  
Mediatorem, & Arbitrum Joanna JOANNEM elegit.  
En magnetismus! cui, ut omnibus alijs, ita Imperatrici  
præstò charitatis indicia paravit fidelissimus Aulicus,  
aures, cum lachrymis secretas quasque labeculas exho-  
mologesi referanti, præbuit benignissimas. Prospicit  
pericla sapiens, ut præcaveat. Navarchus, quia syrtes  
removeri nequeunt, providè declinat. Nec solum fi-  
nem prospicit sapiens qui prudenter agit, sed & viam,  
quâ progrediatur. At quid agis sapientissime Apol-  
lo? ingrederis viam, quam nunquam ingressus eras,

(m) Sap 7.  
v. 26.

(n) Plalm.  
138. v. 12.

\*Wenceslai  
(o) à Math. 5.

(p) Ma.  
laeb. 4.

(q) 1. Cor. 7.

quid agis candor Lucis aterna? (m) Cum noctem sicut diem il-  
luminaveris, tenebras sicut lumen effeceris, (n) ruis in retia  
Regis tenebrarum. \* Eheu! qui oritur super bonos & malos,  
(o) à scævientis Lycaonis dextera lyceos inter montes  
occasum quærit. Qui orsus est Sol Justitia, (p) spectaculum  
factus Mundo, Angelis, & hominibus, (q) in gremium inju-  
stitiæ periclitatur præcipitari. Qui depurato æthere to-  
tus quantus totò charitatis ardebat Empyrio, vult

Occa-

Oceanò perfundi. Vult nobilissima Victimâ perfundi,  
sed non confundi! Quoniam qui manet in charitate in Deo (r) I. Joan-  
manet, & Deus in eo. (r) nis. 17.

Ignis probat ferrum, tentatio haminem Justum. (s) Inva- (s) Thom.  
sit exhomologeos Wenceslaum pigrum, tyrannum ce- de Kempis  
lerem acroamata sciendi cupido, probat Solis eclip- L. 1. c. 13.  
sim procurare bolismi cerdosyne, varijsque tentat Ju-  
stum ceratinis cacotechnijs, unum Conthoralis suæ  
conscium vocans JOANNEM; si secretum arcanò Con-  
fessionis sigillò cataraçtum rescindat velum, Opes, Gra-  
tias, Thesauros, Fortunas, Munera, Honores, & quid  
quid felicitatis expectare posset tesserâ Regali pollice-  
tur. In ore suo pacem locutus est, & occultè posuit insidias. (t) (t) Hier-  
Ad Solem inclarescat erothema! evitat non solum no- rem. c. 9:  
vilunij influxus, nè pericla eclipysis incurrat purissimus  
Sol meus, sed & clarissimâ, Sacerdotem non debere revelare (u) juxta  
Confessionem, (u) petitum, Divinum edoctus Laconif. c. 2. x. de Off.  
mum, explodit apocrisi; nève cancellos transgrediatur Sa- Iud. Ord.  
cramenti intimus secretorum Cancellarius, & hinc à  
nativo charitatis Atalantâ astutior abstrahatur cursu,  
Hippomenis ejecta aureæ promissionis contemnere po- (vv) Balb.  
na, Sacto-Sanctam silentij Legem extollere, (vv) præ- in vita.  
nas secretum exhomologeseos violanti constitutas ex-  
aggerare, sacrilegum denique Regis Cleopatrus incre-  
pare tentamen, in cæteris omnibus Imperia adorare se,  
unum hoc deprecari, quod si mille mortes subeundæ  
essent non facturus: Perceptò hóc tam generosò con-  
stantis

C

stantis arcani Propugnatoris fervore, innumeræ glomerantur in Tyranno pestes, accedunt trinæ Acherontis filix Regem, quibus inflatus effrænata summo impetu agitur in rabiem, obscurat impatiens vultum, erinydum scintillat oculis, limphatos ore Evmenidum vomit ignes, typhoridis exhibat hydris, fervidus denique irâ, ter totum lustrans Aventini montem omnia in præceps vertit famulus Junonis wenceslaus, & quod blanditijs nequit, flammis, facibus, forcipibus, furcis, tormentis explorare invigilat. *At perfecta charitas foras mittit timerem, (x) etsi carcerum faucibus mancipetur, En! novi prodigij Paradoxum, qui olim Divinus Poliorcetes sine machinis urbes expugnans, nè tardius vinceret, Solem continuit Josue, hodie repetito jussu Wenceslaus Imperator Solem sistit. Erro! AA. HH. Geminae inter se colludentes Castor, & Pollux charitates, JOANNEM stringunt vinculis, vinculant catenis, catenant compedibus, inde constantius in Geminis procuraturæ Solstitium. Et verum; Charitas patiens est, & benigna (y) qua cum gemina colludit JOANNES, charitate Dei propter Proximum, charitate Proximi propter Deum omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, (z) Eludit immotus Dei Athleta vanas machinationes, & emissa in se immanis tyrannidis tela, dissimulantis silentij clypeo refringit. Sæpè quidem numero medio volatu alas frangunt novi Icaris, nisi succollet Hercules, impares oneri succumbunt novi Atlantes, ast JOANNES firmam in catasta serenitatis, vultu pandit, invari-*

(x) ad Rom. 8.

(y) 1. ad Corinth. 13.

(z) ibidem,

rietas

rietatem, dum adversas præcellentis epulas pro sapidissimis degustat Archi-Magiri amoris, quo structore insipidissima quæque in ambrosiam & cupedias condiuntur. Sanè quid humano adversus Palato catasta amaro? in cujus doloris castro Dei & Proximi amoris, nec momentaneum parat mori, quin imò facibus durissimè ustus tali resuccenturiatur charitate Sol ardentissimus, ut non obstantibus, Dei & Proximi amore patiens, cruciatibus, Pythagoræ principiò nesus dicente: *Linquam coercito, Deum imitans, (a) Arcanus Divini secreti Claviger magis obmutescat, sibique pessimum tyranni furoris procuret augmentum. Observo, nunquam Solem amœniores spargere radios, ac dum occasus est proximus; visò etenim tyrannus evibratum, cum in pectus ferreum inciderit, hebescere telum, cæpit imperterritum, amore & timore vinci nescium, timere JOANNEM, dubius quid ageret? ut timeretur, magis ipse formidabat silentem, quam ille squalidi oris brontem & steropem intonantem. Tandem eclipsem Soli machinante coronatâ tyrannide, qui sacrum non dissimili Constantini Copronymi omine Baptyemale lotiò perfudit, (b) futuræ Sacrorum pollutionis præfagus, nè Arâ incultâ fœcibus, sui vaticinij falsifiat portentum, nullâ præviâ catalepsi, iniquissimâ D. JOANNEM NEPOMUCENUM nec Confessum, minùs Convictum, Moldavâ submergi corruptissimus Judex decedit Catacrisi,*

(a) Pyth. in symb. Theolog.

(b) Dubra v. L. 23.

(c) L. I. ff. de Iustit. & jure.

(d) Novell. 105. c. 2. §. ult. in fine.

(e) Tullius lib. 3. de off.

(f) Pec. Kousky in Hist. Bob. cap. 52. fol. 603.

(g) V. Sim. Maj. Canic. Contin.

Parte 2 Coll. 1.

(h) Tiste Pluto in. ifid. & Jac.

Maf. cap. 13. n. 9. de sig-

nis Rituum

(i) Memo- rat Strabo l. 17. N. 88.

& Maf. cap. 13. n. 9. de

Huc! huc! æquissimi Justitiæ Antistites, huc! justissimi æqui Judices, huc! Themidis Præfides, huc! Salomones sapientissimi, huc! armati legibus Justiniani, huc! Juris Sacerdotes, (c) huc! legum Observatores, huc! servantissimæ Themidis Lances, huc! velocissimi facinoris vindices, huc! adeste! crimen cognoscite, judicate, vindicate. Huc huc! & tu crudelissime in medium prorumpe Mysticida, an nescis Imperatoriam Majestatem à Deo legem animatam missam hominibus? (d) at tu Divinarum exanimis legum spretor, Monarchiam contra Aratum (e) flectis in tyrannidem, dum Neroneæ barbariei affecla, inculptò in peripetasmate prælagiò: Wenceslaus alter Nero, execrandam supperaddis epigraphen: si non fui, adhuc ero. (f) Siccine, quod Majestatis Pater tuus juribus ac pietate munivit Imperium, hoc tu tuâ effrenatâ, legibus directivè solutus degener Fili, relaxare libidine, & gloriosis Heroum Avitis virtutibus cumulare ausis vitia? Tu enim conatu impiò, & ambitionem Saturni, (g) & adulteria Jovis, & Plutonis mendacia, & iras Martis, & furta Mercurij, & Bacchi crapulas, & avaritiam Pluti in thronum erexisti, ut nè ullum è vitijs non adoratum remaneret. Tu non cum Ægyptijs (h) solenne festum transigis in honorem serapidis, sed velut Æthiops (i) Solem, ut ejus ardorem devites, averlaris. Imperatoris Majestatem decet leges servare! (k) neque Regale Sceptum, minus sanguine Innocentis Palludamentum purpurare! At cum Barbaris non tam rudi, quam Cum suadente Themidis rigo-

re, æquissima criminis vindex ipsa Divina Nemesis ab Augustissima Imperij Wenceslaum sede degradari, Regalibusque ut indignum fecerit amoveri.

Actum est AA. HH! intuentur Gemini mare olim ejusdem jam per Piratos Dij creati, & prævisò pænultimas inter spiritu Propheticò (m) Panegyres immaturo occasu occidit Sol meus, tantâque solarium virtutum Machina lumen, repereussò in Moldavam Radiò, ob Atrei tyrannidem Orbi subtrahit. Neptunus se quondam à Magistro calcatum indignatus ulcionem quærit in Discipulo quem mergit. Erro! humanissimus Moldavæ cedit JOANNI, & cum animam retinere nequeat, retinet corpus, sicque impiam necem, pia humanitate compensat. Felicior Moyses hic, cui omnia elementa obediebant. (n) O! in audita Sympathia! totius Solis æstus ludit inter procellas, surgit surgentibus undis ut arca, donec sustentò concertu antipathico superet æstus, ut Neptuno derepente arefactò corpus super undas submersi ut Aspaltitem feratur, & in statu illo triduo retineatur. Ecce fons Parvus crevit in studium, & in lucem Solèmq; conversus est, (o) Cujus aqua multe non poterant extinguere Charitatem, nec flumina submergere. (p) Apophtegma Platonis, Axioma Socratis: Vitam, que non discutitur, censendam non esse homini vitalem. Nunquam visus Sol occidere; quin denudò oreretur, quique cum præcipiti, non quasi per partes occidit impetu, communi Astrologorum prælagiò futuram Ortus indicat serenitatem. Et ecce! præceps meritus occasum, ut serenior Cælo oriatur Sol meus; Ortus

signis ritu  
um(k) Pau-  
lus in l. 28.  
ff. de Legat.  
3. & Vlp. in  
l. 31. ff. de  
L. L.  
(l) arg. l. non  
solum 2.  
Cod. de com  
& Mercat.  
(m) in ul-  
tima Con-  
cione mor-  
tem propri-  
am, & fu-  
turas Reg.  
Bob: cala-  
mitates præ-  
dixit. Balb.  
& aliorum  
Annal.  
(n) Phil.  
Heb. de Plan-  
tis Noc.  
(o) Esther.  
10 v. 6.  
(p) Hymnus  
de Sancto.

identidem serenior Astris, dum ad tertium usque raptus  
Cælum, superùm Capitolio victorias sacravit, & immor-  
tale Theandrici Numinis lumen assecutus. Admirabatur  
Heroem syderum Dynastia, cum per eum, *qui totus ig-*

*g) Deut. 4. nis est Deus, (q) totus charitas, (r) tantum excanduerit, ut*  
*1. 24. ad ex mortui cineribus flammæ erumperent, & magnitu-*  
*Hebr. 12. v. dinem Sanctitatis loquerentur. Graditur adhuc dum*  
*29. splendidissimus Sol in prodigiorum amphitheatro, can-*  
*7) Joan. 4. crino quodam gressu, ad geminas portentosis operibus,*  
*8. & 16. naturæ vires longè excellentibus, refertur charitates, ac*  
*recondendus abdita è gremio busti auri ilia pandit lar-*  
*gissimus Eleemosinarius, charitatem post fata retinens,*  
*qui vivus cætera in pauperes dispersit. In hoc uno ci-*  
*5) Job 29. ves Patrem, cæci oculum, pedem claudi, (s) aurem surdi,*  
*v. 15. linguam muti, thesaurum pauperes, condemnati vitam,*  
*infirmi salutem, desolati solamen, devij viam, infames*  
*6) Corin. honorem, denique omnes omnia (x) reperiunt, quæ nisi*  
*1. v. 22. signa & prodigia videritis, non creditis (u) AA. HH. Notorium*  
*(u) Joann. 4. est, quod se ipsum ostendit, nec est necesse, quod ab alio ostendatur.*  
*7) Ulp. An (vv) Hinc fidelissimos Capituli commemorare deter-*  
*Li: ff. de in reor Codices antiquissimos ommittere universi Annales,*  
*neg. vest. solidissima Pontani, (x) Daubravij, (y) Hagecij, (t) Crugerij,*  
*(x) in Bob. (a) Paprocij, (b) Pessina (c) volumina, aliorumque te-*  
*ria lib. 4. y) in Hist. stimonij Panegyris meæ præterire censens firmamenta,*  
*Bob. lib. 23. quotidiana pleniùs attingenda; (d) & ex frequentissi-*  
*(x) ad an- mis prodigiorum portentis domesticam miraculorum*  
*num, 1383. attingemus familiaritatem. Huc penicillum Apelles! in-*  
*(a) ad diem cinge Caput irradians solari, radiò Sanctitatis, nec ter-*  
*2. Maij,*

reare; quis enim titubante in bivium trahere ausit ani-  
mò; Eum, qui virtute, sapientia, indole, vultu, ver-  
bis, gestu, se denique toto Numen quodam spirabat,  
omnium virtutum Empireum complexum non fuisse?  
atque ita cum Abel innocuum pro charitate fundentem  
sanguinem, cum Abraham non tam Patriâ, quàm vitâ  
abeuntem, cum Jacob pro grege vigilantem, cum Moy-  
se gentes captivitate æterna liberantem, cum Josepho  
famentem Orbem nutrientem, cum Aron Sacerdotem  
inauguratum JOANNEM, laboribus Apostolos, Mar-  
tyres fortitudine, zelò Prophetas, charitate Confesso-  
res; castitate Virgines, sanctitate Beatos exaquasse,  
Quæ cum ita vera, uti verissima, concludo firmiter vi-  
tâ Sanctitatis in Orbe, ut Sol planetas, alios antecel-  
lentem Solem, Solem inquam gemina Dei & Proximi  
charitate infulatum **DIVUM NEPOMUCENUM,**  
cuius immortalis memoria apud Deum nota est, & apud homi-  
nes. (e)

(b) in Ca-  
thologo E-  
pif. & Ar-  
chi-Epif.  
Prag.  
(c) in Glor.  
& Maj. Me-  
tropol. Ecc.  
Radio 5.  
(d) Paulu  
in l. 25. pr  
ff. de Lib  
Legat.  
(e) Sap. 4.  
v. 1.

Priusquàm tamen astu exhauriatur aridus nimium elo-  
quentiæ latex, & debilis laborum meorum stimulus Tecum ob-  
mutescat, ad Te adhuc beatissimis irradiantem fulgoribus Solem,  
meam humilem in publicum honoris tui anathema converto pa-  
negyrim, Tibi supremum, pro Arcano silentij portento seram re-  
tinenti, Ecclesiæ Antistitem Clementem, & Te ipsi commendo,  
ut applicata Ecclesiæ clavi seram silentij clementer referet, teque  
Canonicum nondum canonizatum, rotâ solari super astra pro-  
gredientem, in supremum rotæ sanctitatis culmen evehat, &  
voce populi, voce Dei Canonizatum, prodigiosam miraculis cla-  
ram

reare

ram, in urbe & orbe Martyris declaret sanctitatem. Tibi Augustissimam Romanam Te intuentem Aquilam, Inviictissimum Monarcham Imperatorem nostrū Clementissimū CAROLUM; qui profligatā ediametraliter contraria Lunæ caligine, canonizandi Solis progressus procurabit tantò faciliores, quantò victoriarum ex messe Ottomannica laurus reportabit copiosiores Tibi Patres Conscriptos, Tibi Excellentissimos Procere, Tibi Judices Regni, quorum unum vix sciverim, qui indies tuum cultu dulciæ flexo poplite non honoret mausolæi monumentum. Tibi tripolim Pragenam, Tibi Patriam meam, quæ tuò sæculò fundata,

(f) Anno  
1348. fun  
data Neo-  
Pragā ju  
xta Anna-  
les S. Joann-  
nes demū  
An. 1383.  
in Molda-  
vam præci-  
pitatus.

(f) primordiale Tuo Honori hocce solò parabat fundatum, Tibi denique universos Inclyti Regni limites, Tuisque totum Czechicum sanctitatis Radijs horizontem commendo protegendum.

At vosignoscite precor AA: HH: patientiā vestrā, abusu & prolixiore apostrophò difixo in DIVUM JOANNEM. De sublimioribus geminis Zodiaci characteribus peroravi, & inter infimas laudatricis suadæ atomos serpebat panegyris, grandia debentur Grandibus; ast exiguum, ut Ogygi Regi circa Tritonidem Africæ paludem, non comparens pedissequa Minerva præbuit Encomium. Solem quidem vobis dedi Clarissimum, non ut Cometæ bellum, sed victorias & pacem loquentem, at umbrosis empyreum Charitatis & Claritatis lumen meis obnubilavi argumentis. Clariora dedissem; nisi plura arcano Divini Harpocratis JOANNIS silentio mandassem, quam

DIXI.